



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

21 Fallentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

232 DE POTESTAT. SECUL.

nam hoc faciendo exercet actum omnino contrarium Clericatus. Sola vero militia secundum eundem Sicut non sufficeret, nisi exerceat arma vel fœva. Et sic ista fal. videtur in idem recidere quod præcedens: salvo quod in fallentia præcedenti non loquitur de Clerico milite. Exempla verò posita inibi melius seu saltem magis congruere videntur huic 20 fallen. quam præcedenti. idem quod Inno. & Sicut, tenet *Milis in reperto in S. Clericus ver. Clericus eo ipso & idem Sicut. in cap. si. de Cle. conjugatis.*

21 Fallentia.

21 Fallit in Clerico arma militaria deferente, 28 qui si tertio monitus à suo prælato non destiterit, perdit omne privilegium Clericale, ut *in cap. audientia de sen. excom.* Ad eò quod secundum Sicut. & Doct. modo non est opus alia degradatione, quia per dictam monitionem trinam, si non deposuerit, est exutus omni privilegio Clericali, & relinquatur iudicio seculari. Et dicit ibi Sicut. idem in Clerico alias inhonestè vivente, qui si tertio monitus non se correxerit, perdit privilegium Clericale. *cap. contingit 2. de sen. excom.*

Et licet *tex. in alle. cap. in audientia.* dicat, quod tales de privilegio Clericali non debent habere subsidium, tamen Doctores illud intelligunt de omni privilegio per *glos. singularem in Cle. 1. de offic. ordi. in ver. quod privilegij.* quæ dicit appellatione privilegij Clericalis intelligitur tam de privilegio. *cap. si quis suadente,* quàm de privilegio fori, quam *glo. ibidem* sequitur Bonifac. Ioan. de Imol. & Zaba.

ADDE

A D D E.

- 22 Adde quod parricida & homicidium enorme perpetrans, puta si Episcopum vel presbyterum Clericus occidat, statim traditur Curia seculari. Bernardus Dias in praxi Criminali. cap. 90
- 23 Schismaticus quoq; Dias eodem loco, cap. 105
- 24 Idem in heretico. Dias cap. 106
- 25 Idem de receptoribus & favoribus hereticorum, cap. 107
- 26 Idem de falsarijs Apostolicarum litterarum, ut judici Laico tradantur. Dias cap. 108
- 27 Idem in lesa majestatis crimine, cap. 110
Dias hac Lancilotus in Tractat. de officio pratoris, titu. de inquisitione. numer. 8. in fine, Mattheus Boys Doctor.

SUMMARIA AD REGUL. II.
sequentem.

1. Clerici an in causa civili possint coram seculari judice conveniri contraria consuetudine non obstante.
 2. Dominus feudi debet de causa feudali cognoscere etiam si Clerici sint Vasalli.
 3. Episcopus vel Clericus habens jurisdictionem temporalem, potest cognoscere de causa.
 4. Clericus agens contra Laicum coram judice seculari, an poterit coram eodem reconveniri,
- R 2
5. Cleri-